

Be 365

1) Cicero - Methen  
mit 2) - 5) alten alten Cicero

W! Drucke in der Wirk

7) 1), 2) (Aldine), 4) n 5)

FORMVLÆ  
CICERONIANÆ,

Epistolis conscribendis  
vtilissimæ.

AVCTORE

MAGISTRO CHRISTOPHORO

*Vladeracco, humanarum litterarum apud  
Biscoducenses Professore.*



ANTVERPIÆ,  
Ex officina Christophori Plantini.

M. D. LXXXVI.

Christophorus Vla der aarts



Epistolae caritative


verillime

AVCTOR

MAGISTRO CHRISTOPHORO

Lectione, humanitas in

Epistolae Profeta



ARTYERIE

Ex officina Christophori Plantin

M. D. LXXXVI

# CHRISTOPHORVS<sup>3</sup>

VLADERACCVS IOANNI

VLADERACCO FILIO S.



**E**T si non dubitarem, mi Ioan-  
nes, quin mediocrem adhuc  
Latini sermonis vsum cum lo-  
quendo tum scribendo habe-  
re posses: cum ad decimum  
septimum ætatis tuæ vsque annum, summa  
diligentia, labore & industria, in vtraque lin-  
gua & honestis disciplinis ita sis liberaliter  
versatus, vt etiam progressus tui specimen  
publicè dare in frequētissima doctorum ho-  
minum corona & confessu; oratione decla-  
matoria de Iurisprudentiæ laude, ad duas  
pænè horas memoriter dicendo; non subter-  
fugeris: tamen cum iam septem prope annos  
bonarum litterarum humaniorumque disci-  
plinarum studiis posthabitis, te totum, quan-  
tuscunque es, corpore & animo, ad vtramq;  
Musicam & Graphicen, difficillimas nempe  
artes, applicuisti: necesse est, tam longo tem-  
poris intervallo, multa quæ ad expeditum  
Latini sermonis vsum pertinerent, tibi exci-

A 2

disse.

4  
disse. Cumque clarissimus tuus dominus, do-  
minus de Willerual tua vtatur opera non so-  
lùm in canendo voce, fidibus, poësi, Musica,  
& pictura : verùm etiam ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν, &  
litteris scribendis, non Gallicè solùm, ad  
Principes viros, sed etiam Latinè, ad Cardi-  
nales, Episcopos, Abbates, aliosque Ecclesia-  
stici ordinis viros, animo & virtute præcel-  
lentes : tua causa, vt eo fungi possis munere  
rectiùs, perlectis Ciceronis epistolis omnibus;  
ad Familiares scriptis; ad Atticum, Q. Fra-  
trem, Brutum datis; excerpti eas scribendi  
formulas, quæ quàm sæpissimè in scriben-  
tium litteras orationem cadere possent. Nam  
vt excellenti ad excellentes homines vtaris  
in scribendo dictione, imitandus tibi est is,  
qui accurata quadam orationis vbertate &  
copia, omnes qui vnquam vsquam florue-  
runt Oratores, facillè superarit : qui eo est &  
in excogitando ingenij acumine, vt nemo  
subtilior; & in disponendis rebus solertia atq;  
prudencia, vt nihil ne fingi quidem posset  
aptius atque accommodatius : cui doctissi-  
morum hominum iudiciis, scriptorum va-  
rietate, copia, sermonis elegantia & puritate,  
sine controuersia primæ vbique tribuuntur.

Hunc

5  
Hunc tu igitur admirabere in primis; & quoad eius fieri poterit, imitabere. Nec id quidem sine exemplo facturus es: fecerunt hoc eloquentissimi prudentissimiq; Scriptores, quorum operis, in scribendis epistolis, vfi sunt Pontifices Maximi, Cardinales, Episcopi, viri Principes, Monarchæ: Aldos dico Manutios, Bemboſ, Sadoletoſ, Chriſtophoroſ Longolios, alioſq; permultos, qui puriſſima ſcribendi ratione Principibus placuere viris; à quibus poſteà ſummis honoribus aucti, & ampliffimis fortunis locupletati fuerunt. Fruere igitur iſto munuſculo, quod à Parente tui ſemper amantiſſimo profectum eſt: & nobiſcum per litteras quàm ſæpiſſimè colloquare: & quotieſcunq; certorum hominum poteſtas erit, quibus rectè deſ, non prætermittas. Si rem nullam habebis, tamen ſcribas aliquid, vel quod in buccam venit: nunquam enim tua epiſtola intempeſtiua aut loquax viſa eſt. denique ſic ſtatuas, tuas mihi litteras longiſſimas quaſque gratiſſimas fore. Sintq; poſthac eiſus generiſ tuæ epiſtolæ, vt non modò quædam ex Principe Romanæ eloquentiæ Cicerone aſpergas, ſed etiam genere toto Ciceronianum quiddam redolere

A 3 videan-

videantur. Vale, mi Ioannes; vale delitiæ  
 meæ, vale & salve. Tota domus te salutat: &  
 præterea Gulielmus Reifius Iurisconsultus,  
 optimè aliquando in tuis Iurisprudentiæ stu-  
 diis de te meritis, cuius domus modò est no-  
 stræ ciuitatis oraculum: futurus breui alter  
 Scauola Ciceronianus, Iurisperitorum elo-  
 quentissimus, & eloquentium Iurisperitissi-  
 mus; qui in præsentia, nostræ ciuitatis no-  
 mine, ad Principem Parmensem legationem  
 obit. Saluebis etiam à Grammaticorum om-  
 nium huius memoriæ Achille D. Verrepæo:  
 & ab humanissimo doctissimoq; adolescen-  
 te, tuo in Musica Organopsaltica quondam  
 sectatore, magistro Dauide Euerfvijn.

Data Ducissiluz. Anno M. D. LXXXV.  
 ad Idus Septembris.

FOR-

FORMVLÆ 7  
CICERONIANÆ,  
CONSCRIBENDIS  
EPISTOLIS VUTILISSIMÆ.

FORMVLÆ SALVTANDÆ

M. CICERO S.D.P. Lentulo Procos. Cicero S. D.

Lentulo.

M. Cicero S. D. L. Valerio Iuriconsulto.

Cicero Procos. S. D. Curioni trib. pleb.

Cicero Procos. S. D. M. Calio Rufo. adili cur. def.

Cicero Procos. S. D. Appio Pulcro imp.

Cicero imp. S. D. Appio Pulcro, vt spero censori.

Cicero S. D. Marcello.

Q. Metellus Q. F. Celer Procos. S. D. M. Tullio Ciceroni.

P. Vatinius imp. S. D. Ciceroni suo.

Cicero S. D. Dolabella cos.

Brutus imp. cos. def. S. D. Ciceroni.

Lentulus P. F. pro quas. propra. S. D. cos. prat. trib. pl. Sena-  
tui populo plebiq. R.

Cicero S. D. Cornificio collega.

Cicero S. D. Q. Valerio, Q. F. Orca legato pro prat.

Cicero S. D. Terentia, & Tulliola, & Ciceroni, suis.

Cicero S. D. Terentia sua.

Tullius S. D. Terentia, & pater Tulliola, duabus animis suis;

& Cicero matri optima, & suauissima sorori.

Tullius, & Cicero F. & Q. S. D. Tironi humanissimo &  
optimo. [suo.]

Tullius, & Cicero meus, & frater, & fratri F. S. D. Tironi

A 4

Cicero

Cicero F. S. D. Tironi suo dulciſſ. Cicero Attico S.  
 Balbus Ciceroni imp. S. M. Q. F. S.

## EXORDIENDI EPISTOLAS.

Ego omni officio ac potius pietate erga te, ceteris ſatiſſa-  
 cio omnibus; mihi ipſe nunquam ſatiſfacio.

A tempore. Idibus Ian. in Senatu nihil eſt conſectum.

Ad xvi. Kalend. Febr.

Tameſi nihil mihi fuit optatius quàm vt, &c.

Legi tuas litteras, quibus ad me ſcribis, gratum tibi eſſe quòd  
 crebrò certior per me ſias de omnibus rebus, & meam erga  
 te beneuolentiam facilè perſpicias.

Periucundæ mihi fuerunt litteræ tuæ, quibus intellexi te per-  
 ſpicere meam in te pietatem.

Quamquam me nomine negligentia ſuſpectum tibi eſſe da-  
 leo; tamen mihi non tam moleſtum fuit accuſari abs te  
 officium meum, quàm iucundum requiri: præſertim cùm  
 in quo accuſabar, culpa vacarem.

Sera gratulatio reprehendi non ſolet.

Tu vide quàm ad me litteræ non perſerantur.

Raras tuas quidem (forteſſe enim non perſeruntur) ſed ſua-  
 ues accipio litteras: vel, Quas proximè acceperam, quàm  
 prudentes, quàm multi officiũ & conſiliũ! [vtor.

M. Fabio viro optimo, & homine doctiſſimo familiariffimè  
 Magno dolore me affeciſſent tuæ litteræ, niſi iam & ratio ipſa  
 depuliſſet omnes moleſtias, &c.

Litteras à te mihi ſtator tuus reddidit Tarſi ad xvi. Kal.  
 Sext. his ego ordine, vt videris velle, reſpondebo.

Officium meum erga Rhodonem ceteraq; mea ſtudia, qua  
 tibi ac tuis præſtiti, tibi homini gratiſſimo grata eſſe vehe-  
 menter gaudeo.

Ad

Ad xvi. Kal. Iun. Brundisium cum venissem, Q. Fabius legatus tuus mihi præsto fuit.

Pridie Non. Iun. cum essem Brundisii, litteras tuas accepi, quibus erat scriptum te L. Clodio mandasse, &c.

Etsi quantum ex litteris tuis intelligere potui, &c.

Vix tandem legi litteras dignas Appio Clodio.

Cum est ad nos allatum de temeritate eorum qui tibi negotium facefferent.

Gratulabor tibi prius (ita enim rerum ordo postulat) deinde ad me conuertar.

Caius Trebatius familiaris meus ad me scripsit.

Ad iij. Kal. Maias, cum essem in Cumano, accepi tuas litteras.

Posteaquam mihi renunciatum est de obitu Tulliae.

Quarenti mihi iam diu quid ad te potissimum scriberem, non modò certa res vlla, sed ne genus quidem litterarum vsitatum veniebat in mentem.

Binas à te accepi litteras Corcyra datas, quarum alteris mihi gratulabare, quòd audisses meam me pristinam dignitatem obtinere: alteris dicebas, te velle quæ egissem bene & feliciter euenire.

Accepi perbreues tuas litteras, quibus id quod scire cupiebam, cognoscere non potui, cognoui autem id quod mihi dubium non fuit.

Si vales, bene est.

Si tu exercitusq; valetis, bene est. Scribis ad me, &c.

Quantum meum studium extiterit dignitatis tuæ vel tuendæ, vel etiam augendæ; non dubito quin ad te omnes tui perscripserint.

Grata tibi esse officia mea, non miror: cognoui enim te gratissimum omnium, idq; nunquam destitui prædicare.

A 5

Coram

*Coram me tecum eadem hac agere sepe conantem deterruit pudor panè subrusticus : quæ nunc expromam absens audacius : epistola non erubescit.*

*Omnis amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in iis litteris quas à te proximè accepi; non ille quidem mihi ignotus, sed tamen gratus & optatus.*

*Non obliuione amicitia nostra, neque intermissione consuetudinis meæ, superioribus temporibus ad te nullas litteras misi, sed quod, &c.*

*Gratæ mihi tuæ literæ fuerunt, ex quibus intellexi, quod sine litteris arbitrabar videndi mei te summa cupiditate affectum esse.*

*Peto à te, ne me putes obliuione tui rariùs ad te scribere quàm solebam: sed, &c.*

*Novi quod ad te scriberem nihil erat, & tamen si quid esset, sciebam te à tuis certiores fieri solere.*

*Vereor ne desideres officium meum.*

*Quod tibi non tam celeriter liber est redditus, ignosce timori nostro.*

*Antea misissem ad te litteras, si genus scribendi inuenirem.*

*Me scito omnem meum laborem, omnem operam, curam, studium, in tua salute consumere.*

*M<sup>o</sup> officio functum esse gaudeo.*

*Dederam triduo ante pueris C. N. Planci j litteras ad te, eò nunc ero breuior.*

*Mandatum tuum curabo diligenter.*

*Persæpe mihi cogitanti de communibus miseriis, in quibus tot annos versamur, & ut video, versabimur: solet in mentem venire illius temporis quo proximè fuimus vnæ.*

*Vide quàm mihi persuaserim, te me esse alterum non modò  
in iis*

in iis rebus quæ ad meipsum, sed etiam in iis quæ ad meos pertinent.

Scrispsit ad me Cæsar perhumaniter.

Iam diu ignoro quid agas, nihil enim scribis.

Legi tuas litteras, ex quibus intellexi te Cæsari nostro valde Iurisconsultum videri. [sisse.

Mirabar quid esset, quod tu mihi litteras mittere intermi-  
Accepi à te aliquot epistolas vno tempore, quas tu diuersis temporibus dederas.

Tantum ex Arpinati veneram, cum mihi à te litteræ red-  
ditæ sunt.

Quod epistolam conscissam doles, noli laborare: salua est do-  
mi: petes cum libebit.

Miror cur me accuses, cum tibi id facere non liceret.

Facile perspexi ex tuis litteris, quod semper studui & me à te  
plurimi fieri.

Quod declamationibus nostris cares, damni nihil facis.

Non dubito quin perlatum ad te sit, Appium à Dolabella  
reum factum.

Gratulor tibi affinitate viri medijsfidijs optimi.

Pudet me confiteri & queri de Appij hominis ingratisimi  
iniurijs.

Exanimatus sum tuis litteris, quibus te nihil, nisi triste cogi-  
tare offendisti.

Cænabam apud Seium, cum vtrique nostrum redditæ sunt  
à te litteræ.

Duabus tuis epistolis respondebo: vni quam triduo antè acce-  
perà à Zetho, alteri, quam attulerat Philenis tabellarius.

Dupliciter delectatus sum tuis litteris: & quod ipse risi, &  
quod te intellexi iam posse rideri.

Heri

Heri veni in Cumanum: cras ad te fortasse.

Gratissima mihi tuæ litteræ fuerunt, quas ex Furnij sermone te scripsisse animaduerto.

Binas à te accepi litteras eodem exemplo, quod ipsum argumento mihi fuit diligentie tuæ.

Immortales ago tibi gratias, agamq; dum viuam: nam relaturum me affirmare non possum.

Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi, quam tuas, Plance, litteras.

Facere non possum, quin in singulas res meritaq; tua tibi gratias agam, &c.

Minime mirum debet tibi videri, nihil me scripsisse de Repub. Quo in statu simus cognoscit.

Eodem exemplo littera à te mihi reddita sunt, quo pueri mei attulerunt.

Tres vno die à te accepi epistolas.

Iam non ago tibi gratias: cui enim vix referre possum, huic verbis non patitur res satisfieri.

Mirabiliter, mi Brute, lator, mea consilia mea q; sententias à te probari de decemviris.

Ad Senatam quas litteras misi, velim prius perlegas; & si quæ tibi videbuntur, commutes: necessario me scripsisse animaduertes.

Nos hîc valemus rectè, & quò melius valeamus, operam dabimus.

Expectanti mihi tuas quotidie litteras, Lupus noster subito denuntiavit vt ad te scriberem, si quid vellem.

In maximo meo dolore hoc solatio vtor.

Magnam voluptatem ex litteris tuis cepi.

Si va-

*Si valeris, liberiq; vestri valent, bene est: ego quoque valeo.*

*Quod extremum fuit in epistola quam à te proximè accepi, ad id primum respondebo.*

*Libentissimè legi tuas litteras.*

*Liberalibus litteras accepi tuas, quas mihi Cornificius altero vicesimo die, vt dicebat, reddidit.*

*Nero meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorsus incredibiles, vt nullum honorem sibi haberi potuisse diceret, qui à te pratermissus esset.*

*Grata mihi vehementer tuæ litteræ fuerunt, ex quibus cognoui cursus nauigationum tuarum.*

*Ex litteris multorum & sermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam virtutem & fortitudinem esse.*

*Accepi ab Aristocrito tres epistolas, quas ego lacrymis propè deleui: conficior enim mœrore.*

*Nec sapè est cui litteras demus: nec rem habemus vllam quam scribere velimus.*

*Ad cæteras meas miseras acceffit dolor è Dolabella valetudine & Tullia.*

*In maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tullia nostra.*

*Latus sum laudari me, inquit Hector, opinor apud Næuium, abs te pater laudato viro: ea est enim profectò iucunda laus, quæ ab iis profisciscitur, qui ipsi in laude vixerunt.*

*Maxima sum letitia affectus, cum audiui te consulem factum esse, eumq; honorem tibi deos fortunare volo.*

*Marcellum tuum consulem factum, teq; ea letitia affectum esse quam maximè optasti, mirum in modum gaudeo.*

*Longior epistola fuisset, nisi eo ipso tempore petita esset à me, cum iam iretur ad te.*

*Et epi-*

Et epistolam tuam legi libenter, & librum libentissimè.

Paulò facilius putavi posse me ferre desiderium tui: sed plane non fero.

Varie sum affectus tuis litteris: valde priore pagina perturbatus, paulum altera recreatus.

Tertiam ad te hanc epistolam scripsi eadem die, magis institui mei tenendi causa, quia nactus eram cui darem, quam quòd haberem quod scriberem.

Magna nobis est solitudini valetudo tua.

Quo in discrimine versetur salus mea, & bonorum omnium, atque vniuersa Reipub. ex eo scire potes, quòd domos nostras & patriam ipsam vel diripiendam, vel inflammandam reliquimus. In eum locum res deducta est, vt nisi quis Deus vel casus aliquis subuenerit, salui esse nequeamus.

Ego cupio te ad me venire, sed viam timeo: grauissimè egro-Andricus postridiè ad me venit quàm exspectaram. [castis. Quid igitur? non sic oportet? equidem censeo sic.

Exspecto tuas litteras de multis rebus, te ipsum multò magis. Cum vehementer tabellarios expectarem quotidie, aliquando venerunt.

Spero ex tuis litteris tibi melius esse: cupio quidem certè.

Et si iusta & idonea vsus es excusatione intermissionis litterarum tuarum: tamen id ne sepius facias, rogo.

Verberavi te cogitationis tacito duntaxat conuitio, quòd fasciculus alter ad me iam sine tuis litteris perlatus est.

Abs te tam diu nihil litterarum?

Non committam posthac, vt me accusare de epistolarum negligentia possis: tu modò videto, in tanto otio, vt par mihi sis.

Nimium raro nobis abs te littera afferuntur: cum & multò tu fa-

tu facilius reperias qui Romam proficiſcantur, quàm ego qui Athenas.

Primum vt opinor ἐὺκρίσεις, Valerius absolutus eſt Hortenſio defendente.

Feciſti mihi pergratū, quodd Serapionis librum ad me miſiſti.

Cænato mihi & iam dormitanti, pridie Kal. May episto-  
la eſt illa reddita.

Accepi aliquot episto-  
las tuas, ex quibus intellexi quàm ſuſ-  
penſo animo & ſollicito ſcire aueres, quid eſſet noui.

Ex tuis litteris plenus ſum exſpectatione de Pompeio.

De Q. Fratre nuntij nobis triſtes nec varij venerant.

Auere te certò ſcio, tum ſcire quid hic agatur, tum à me ſcire.

O exſpectatas mihi tuas litteras! ô gratum aduentum! ô con-  
ſtantiã promiſi & fidem miram!

Accepi Roma ſine episto-  
la tua faſciculum litterarum, in quo,  
ſi modò valuisti, & Romæ fuiſti, Philotimi ducò eſſe cul-  
pam, non tuam.

Te in Epirum ſaluū veniſſe, & vt ſcribis, ex ſententia na-  
uigaſſe, vehementer gaudeo.

Et ſi nihil ſanè habebam noui quod poſt accidiſſet quàm de-  
diſſem ad te Philogeni liberto tuo litteras: tamen cūm  
Philotimum Romam remitterem, ſcribendum aliquid  
ad te fuit.

Multas vno tempore accepi episto-  
las tuas, quæ mihi, quam-  
quam recentiora audiebam ex iis qui ad me veniebant,  
tamen erant iucundæ.

Tuas litteras libenter legi: recognoui enim tuam priſtinam  
virtutem.

Miror te ad me nihil ſcribere, & potius ab aliis, quàm à te de  
Repub. certiorẽ me ſi eri.

Tres

Tres epistolas tuas accepi postridie Id. erant autem IIII. III. prid. Id. data: igitur antiquissima cuiq<sup>3</sup> primùm respōdebo. Nihil habebam quod scriberem: neque enim noui quicquam audieram, & ad tuas omnes rescripseram pridie: sed cū me agritudo non solum somno priuaret, verū ne vigilare quidem sine summo dolore pateretur, tecum vt quasi loquerer (in quo vno acquiesco) hoc nescio quid nullo argumento proposito, scribere institui.

Casar nobis litteras per breues misit, quarum exemplum subscipsi. Breuitate epistola scire poteris eum valde esse distentum, qui tanta de re tam breuiter scripserit.

Me cecum, qui hac antè non viderim!

Obsignata iam epistola superiore, non placuit ei dare cui constitueram, quod erat alienus: itaque eo die data non est. Interim venit Philotimus, & mihi à te litteras reddidit, quibus de fratre meo scribis.

Epistola tua gratissima fuit mea Tullia, & me hercule mihi: semper secum aliquid afferunt tue litteræ.

Commodum ad te dederam litteras de pluribus rebus, cū ad me bene manè Dionysius, &c.

Properantibus tabellariis, alienis hanc epistolam dedi, eò breuiorem, quod eram missurus meos.

Diligenter mihi fasciculum reddidit Balbi tabellarius: accepi enim à te litteras, quibus videris vereri, vt epistolas illas acceperim: quas quidem vellem mihi nunquam redditas: auxerunt enim mihi dolorem.

O gratas tuas mihi iucundasq<sup>3</sup> litteras!

De Silano negotio etsi mihi non est ignota conditio, tamen hodie me ex Suca arbitror omnia cogniturum.

De Silio nihilo plura cognoui.

Tu me

Tu me iam rebare, cum scribebas, in agris esse nostris: at ego  
accepi xvii. Kal. in diuersorolo Sinuessano tuas litteras.

Itane verò hoc meus & tuus Brutus egit, ut Lauinij esset?

Nudius tertius dedi ad te epistolam longiorem: nunc ad ea  
quæ proximè.

O mi Attice, vereor ne nobis Idus Martia nihil dederint præ-  
ter latitiam, & odij pœnam ac doloris.

Quod mecum per litteras agis, vnâ ob causam mallet co-  
ràm egisses.

O factum malè de Alexione! Incredibile est quanta me mo-  
lestia affecerit, nec me hercule ex ea parte maximè, quod  
plerique mecum.

A Bruto tabellarius rediit, attulit & ab eo & à Cassio.

Octauo Kalend. duas à te accepi epistolas: respondebo igitur  
priori prius.

Tandem à Cicerone tabellarius, & me hercule litteræ.

Gaudeo id te mihi suadere, quod ego mea spõte pridie fecerã.

Tu verò sapienter: nunc demum enim rescribo his litteris  
quas mihi misisti.

Nonis accepi à te duas epistolas, quarum alteram Kal. dede-  
ras, alteram pridie. O casum mirificum!

Noli putare pigritia me facere, quòd non mea manu scri-  
bam, sed me hercule pigritia: nihil enim habeo aliud  
quod dicam.

Quum hæc scribebam, res existimabatur in extremum ad-  
ducta discrimen.

Scripta & obsignata iam epistola, litteræ mihi reddita sunt  
a te plene rerum nouarum; maximeq; mirabiles.

Quanta sim latitia affectus cognitis rebus Bruti nostri &  
consulum: facilius est tibi existimare, quàm mihi scribere.

B

Noli

Noli expectare dum tibi gratias agam: iam pridem hoc ex nostra neceſſitudine, quæ ad ſummam beneuolentiam peruenit, ſublatum eſſe debet.

Breues tua litteræ, breues dico: imò nullæ: tribus ſeu verſiculis his temporibus Brutus ad me? Nihil ſcripſiſſem potius, & requiris meas.

Particulam litterarum tuarum quas miſiſti Octauius legi, miſſam ab Attico mihi.

Eſſi non dubitabam quin hanc epiſtolam multo nuntij fama denique eſſet ipſa ſua celeritate ſuperatura, tuq; antè ab aliis auditurus eſſes.

Mi frater, mi frater, mi frater, tunc id veritus es, ne ego iracundia aliqua adductus pueros ad te ſine litteris miſerim? aut etiam ne te videre noluerim?

Amabo te, mi frater. [acta.

Scripſi à te antea ſuperiora: nunc cognoſce poſtea quæ ſint O litteras mihi tuas iucundiſſimas, expectatas, ac primò quidem cum deſiderio, nunc verò etiam cum timore.

Dederam ad te litteras antea, quibus erat ſcriptum, Tulliam noſtram Craſſipedi prid. Non. April. eſſe deſponſatam, cæteraq; de Repub. priuataq; perſcripſeram.

Gaudeo tibi iucundas eſſe meas litteras, nec tamen habuiſſem ſcribendi nunc quidem vllum argumentum, niſi tuas accepiſſem.

Occupationum mearum tibi ſignum ſit librarij manus.

Superiori epiſtola quod reſpondeam nihil eſt, quæ plena ſtomachi & querelarum eſt: quò in genere alteram quoque te ſcribis pridie Labieno dediſſe, qui adhuc non venerat.

LITTE-

LITTERAS ACCIPIENDI, LEGENDI,  
respondendi, expectandi, nuntiandi.

SCRIPTA iam epistola superiore, accepi tuas litteras de  
Publicanis, quibus equitatem tuam nō potui non probare.

Litteræ tuæ quas proximè miseræ.

Vt perscripsi ad te antea.

Quoties certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem,  
non pratermittam.

Quis est tam in scribendo impiger, quàm ego?

A te vero bis tēve ad summum & eas perbreues accepi.

Brevi tamen sic habeto.

Scribam ad te aliàs: paucis enim diebus eram missurus do-  
mesticos tabellarios.

Scribent alij, multi nuntiabunt: perferet multa etiam ipse  
rumor. [Sti.

Hac ad te in presenti scripsi, ut speres te assequi id quod opta-  
Tu velim ad me de omni Reipub. statu quàm diligentissimè  
perscribas: ea enim certissima putabo, quæ ex te cognouero.

Sunt multa, sed non audeo scribere.

Obuia mihi sint litteræ tuæ, quæ me erudiant de omni Repub.  
ne hospes planè veniam.

Vt spero, propediem te videbo: tu mihi obuiam mitte epistolas  
te dignas.

Iocer ne tecum per litteras?

Nullum mihi scribendi argumentum relictum est.

Hæc negotia quomodo se habeant, ne epistola quidem narrare  
audeo tibi.

Hæc eò scripsi pluribus, quod mihi significabant tuæ litteræ,  
subdubitare, quæ essem erga illum voluntate.

Litteræ neque vnde, neque quo die datæ essent, aut quo tem-



pore te expectarem, significabant: nec is qui attulerat, à te acceperat, vt ex eo scirem quo loco aut quo tempore essent datæ.

Vt ipse mihi reddidit à te litteras, plenas & amoris & officij, mirificè ipse suo sermone subsecutus est.

Idem scribit meas litteras maximum apud te pondus habituras: id cum ne fallat, te etiam atque etiam rogo.

Ex iis litteris quarum exemplum ad me misisti, quas in Senatu recitari voluisti, sic intellexeram.

Ex tuis litteris intellexi, satis maturè ad te esse perlatas.

Volumen à te querelæ iniquissimæ reddiderunt.

Hæc ad te scripsi liberiùs, fretus conscientia officij mei benivolentiæq; quam à me certo indicio susceptam, quoad tu voles, conseruabo.

Et si quantum ex litteris tuis intelligere potui, videbam te hanc epistolam, cum ad urbem esses, esse lecturum, refrigerato iam lenissimo sermone hominum prouincialium: tamen cum tu tam multis verbis ad me de improborum oratione scripsisses, faciendum mihi putavi, vt tuis litteris breui responderem: sed prima duo capita epistola tua tacita quodam modo relinquenda sunt.

Hæc scripsi postridie eius diei cum castra haberem in agro Mopsuestia.

Rescripsi tibi subiratus.

Et si fiebam crebro à meis per litteras certior, tamen maximam lætitiā cepi ex tuis litteris.

Sed si me diligis, si à me diligì vis, ad me litteras vt quamprimum lætitiā afficiar, mitto.

Redditæ mihi sunt vno tempore epistolæ duæ: earum in altera dies erat adscripta Nonarum Aprilium: in altera, quæ mihi

mihirecentior videbatur, dies non erat. Respondebo igitur superiori prius.

Certior factus litteris, nuntiis, fama denique ipsa; nunc ad alteram epistolam venio.

Stomachosiores meas litteras quas dicas esse, non intelligo.

Cum hæc scribebam, Censorem iam te esse sperabam: eo brevior est hæc epistola; & ut aduersus magistrum morum, modestior.

Accipio excusationem tuam quauusus es, cur sæpius ad me litteras vno exemplo dedisses.

Lectis tuis litteris, aliquantum acquieui.

Etsi per paucis antè diebus dederam Q. Mucio litteras ad te pluribus verbis scriptas: tamen cum Theophilus proficisceretur, sine meis litteris eum ad te venire nolui.

Etsi nihil noui quod ad te scriberem habebam, magisq; litteras tuas iam expectare incipiebam vel potius te ipsum: tamen cum Theophilus proficisceretur, non potui nihil ei litterarum dare.

Non scribo hoc temerè.

Tu velim quid agas, & quid acturum te putes, facias me quàm diligentissimè certiore.

De me meisq; rebus, ne vobis multitudine litterarum molestior essem, ad Lollium perscripsi.

Quamobrem velim ita & ipse ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribusq; rebus, ut ad hominem amicissimum.

Tu velim scribas ad me quid agas, & vbi futurus sis, ut aut quò scribam, aut quò veniam scire possim.

Superioribus litteris beneuolentia magis adductus quam quod res postularet, fui longior: hoc ite tempore breuior esse debeo.

*Styli pœnas dare.*

*Litteræ à te mihi redditæ sunt, quibus à me consilium petis quòd sim tibi auctor, in Sicilia ne subsidas, an vt ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare.*

*Facere non potui, quin tibi & sententiam & voluntatem declararem meam.*

*Simul accepi à Saleuco tuo litteras, statim quasiui è Balbo quid esset in lege.*

*Dederam triduo antè pueris Cn. Plancij litteras ad te: eò nunc ero breuior. Hac ad te scripsi verbosius.*

*Hac tecum coràm malueram: sed quia longius fiebat, volui per litteras eadem; vt haberes quid diceres, si quando in vituperatores meos incidisses.*

*Habes epistolam verbosiozem fortasse quàm velles: quod tibi ita videri putabo, nisi mihi longiorem remisseris.*

*In Pompeianum statim cogito: sed faciam te autè certiozem.*

*Litteræ mihi dantur à te, quibus in extremis scriptum erat.*

*De eo quid sit, cura vt sciam: ego vestras Britannicas litteras expecto.*

*Sape litteris significauit.*

*Epistolam tuam, quam accepi à L. Aruntio, conscidi innocentem: nihil enim habebat quod non vel in concione rectè legi posset.*

*Si quid egero, faciam vt scias: tu & ad omnia rescribes: & quādo te expectem, facias me, si tibi videbitur, certiozem.*

*Eamq; epistolam cum hac coniunxi: quam ille cum acceperrit, ecquid tibi pollicitus sit, velim ad me scribas.*

*Sic statuas, tuas mihi litteras longissimas quasque gratissimas fore.*

*Ad litteras scribendas (vt nosti) pigerrimus.*

*Nescio*

Nescio cuius otij esset, non modo perscribere hac, sed omnino animaduertere.

De Repub. quod tibi scribam, nihil habeo: nunciatum nobis & pro certo habetur.

Ex iis litteris quas Atticus à te missas mihi legit, quid ageres, & ubi esses, cognoui.

Caninius idem tuus, & idem noster, cum ad me peruesseri venisset, & se postridie mane ad te iturum esse dixit: dixi ei, me daturum aliquid mane, & ut peteret, rogavi: conscripsi epistolam noctu, nec ille ad me rediit: oblitum credidi.

Erat & illa epistola, praesertim tantis postea nouis rebus allatis.

Etsi quod scriberem non habebam; tamen Caninio ad te eunti non potui nihil dare.

Caninius noster me tuis verbis admonuit, ut scriberem ad te, si quid esset, quod putarem te scire oportere. Est igitur aduentus in expectatione.

Hac ideo te nosse volui.

Si sciam quid tu constitueris, meum consilium accommodabo potissimum ad tuum: quare expecto tuas litteras.

Cum igitur mihi erit exploratum te libenter esse risurum, scribam ad te pluribus.

Causa non magnoperè descriptione digna.

Ut tibi proximè scripsi.

Delectarent me litterae tuae, in quibus primum amavi amorem tuum qui te ad scribendum incitauit.

Scripseras bis quidem eodem exemplo, & ego tibi accuratè rescripseram.

Hac tibi antea non rescripsi, non quò cessator esse solerem, praesertim in litteris: sed cum explorati nihil haberem.

*Volo te scire mi Pate.*

*Quibus litteris congruentes fuerunt alia postea multorum.  
His litteris scriptis, quæ postea accidissent scire te, ad Remp.  
putavi pertinere.*

*Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, nec  
tempore quidem ipso opportunius accidere vidi, quàm  
tuas, Plance, litteras: redditæ sunt enim frequēti Senatu.  
Litteras tuas vehementer exspecto, & quidem tales, quales  
maximè opto.*

*Sed tamen sententiā meam tibi ignotam esse nolebam, cuius  
hæc est summa: vt omnia te metiri dignitate malim  
quàm ambitione.*

*Hæc tibi etsi audita esse arbitrabar, volui tamen notiora esse.  
Plura scribam, si plus otij habuero.*

*Ex litteris quas Pansa misi, cognosces omnia: nam earum ti-  
bi exemplar misi.*

*Lupus familiaris noster cū à te venisset, cumq; Romæ quos-  
dam dies commoraretur, ego eram in iis locis, in quibus  
maximè me tutū esse arbitrabar: eò factum est, vt ad te  
Lupus sine meis litteris rediret, cū tamen curasset tuas  
ad me perferendas.*

*Illud tamen breuiter significandum videtur.*

*Eo tempore Polla tua misit, vt ad te si quid vellem darem lit-  
terarum, cū quod scriberem non habebam: omnia enim  
erant suspensa, propter expectationem legatorum.*

*Cū primū de Antonio exploratum habuero, faciam te  
certiorem.*

*Bruti eodem exemplo littera à te mihi redditæ sunt.*

*Tres vno die à te accepi epistolas: vnam breuē, duas pleniores.  
Collegæ mandasti, vt te per litteras excusaret.*

*Permagni*

Permagni interest, quo tibi hac tempore epistola reddita sit.  
Ad has litteras statim mihi rescribe, tuorumq; aliquē mitte.  
Si quid erit occultius, & vt scribis, reconditum, meorum aliquem mittam, quò fidelius ad te litteræ perferantur.

Magnam voluptatem ex tuis litteris cepi: à me autem, cum paullum otij naçti erimus, vberiores litteras expecta.

Tuas litteras auide expecto.

Grata mihi vehementer est memoria nostri tua, quam significasti litteris.

Libentissimè legi litteras tuas, in quibus iucundissimum mihi fuit, quòd cognoui meas tibi redditas esse.

Litteras ad te nunquam habui cui darem quin dederim: à te, vt idem facias, peto.

Cognoui multorum litteris atque nuntiis.

Si quid erit cèrti, faciam te certiolem.

Tui ad me inanes veniunt, ad te cum epistolis reuertuntur.

Cum dabis posthac aliquid domum litterarum, mei memineris: ego nunquam quemquam ad te, cum sciam, sine meis litteris ire patiar.

Flagitat tabellarius. Hac te scire volui.

Accepi tuam epistolam vacillantibus litteris, nec mirum, tam graui morbo.

Tuis & illius litteris perlectis, exsilui gaudio.

Expecto tuas litteras de multis rebus.

Scribes ad me, vt mihi nascatur epistola argumentum.

De quauis minima re scripta ad me epistola semper fuit gratissima: quare cum in primis tuas desiderem litteras, noli committere vt excusatione potius expleas officium scribendi, quàm assiduitate litterarum.

Filiolo me auctum scito, salua Terentia.

*Eò factum est, vt epistola tua rescriberem aliquid, breuitate temporis tam pauca cogerer scribere.*

*Quod in epistola tua scriptum erat, me iam arbitrari, designatum esse scito.*

*Tu velim saepe ad nos scribas: si rem nullam habebis, quod in butcam venerit, scribe.*

*Huic terra filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audeo.*

*Tu quid agas, vbi sis, cuiusmodi ista res sint, fac me quàm diligentissimè certio rem.*

*Tu me velim certio rem facias, quid de meis mandatis egeris.*

*Valde ardeo scire quid agas.*

*Ad me epistolarum illius exempla misisti.*

*Atque huius incommodi culpa vbi resideat, facilius est existimare quàm scribere.*

*Vt breuiter quae post tuum discessum acta sint, colligam.*

*De Amalihea quod me admones, non negligemus.*

*Epistolam cum à te auidè expectarem ad vesperam, vt soleo, ecce tibi nuntios venisse Roma. Voco, quæro, ecquid litterarum; negant. Quid ais, inquam, nihilne à Pomponio? Perterriti voce & vultu confessi sunt se accepisse, sed excidisse in via.*

*Da ponderosam aliquam epistolam plenam omnium non modò actionum, sed etiam opinionum tuarum.*

*O suaves epistolas tuas, vno tempore mihi datas duas, quibus euangelia quæ reddā nescio, deberi quidē planè fateor.*

*Facinus indignum, epistolam Zorobabel tibi à tribus Tabernis rescriptam ad tuas suauissimas epistolas neminem reddidisse. At scito fasciculum quo illam conieceram, domum eo ipso die latum esse quo ego dederam.*

Litte-

*Litterarum exemplum quas ad Pompeium scripsi, mihi tibi.*

*Quibus litteris allatis facilius constituero.*

*Hæc res quemadmodum ceciderit, & tota res quo loco sit, velim ad me scribas, & ita ut instituisli. Nam ista veritas etiam si iucunda non est, mihi tamen grata est.*

*Tu modo quam sæpissimè ad me aliquid.*

*Multa me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis quam, &c.*

*Delectarunt me epistola tuæ, quas accepi vno tempore.*

*Velim domum ad tuos scribas, ut mihi tui libri pateant.*

*Si nihil habebis, tamen scribas aliquid: nunquam enim mihi tua epistola intempestiva aut loquax visa est.*

*Genus mearum ad te litterarum huiusmodi ferè est, ut non liceat cuiquam dare, nisi de quo exploratum sit, tibi cum redditurum.*

*Occupationum mearum vel hoc signum erit, quod epistola librarij manu est.*

*Philotimo dederam ad te litteras.*

*Planè deest quod scribam; nec quid mandem, habeo. Nihil enim prætermissum est, nec quid narrem; noui enim nihil, nec iocandi locus est, ita me multa sollicitant: tantum tamen scito.*

*Auidè expecto tuas litteras, & maximè ut norim tempus perfectionis tuæ.*

*Summa erit, hæc statues ut ex fide, fama, reque, mea videbitur.*

*Antequam aliquo loco confedero, neque longas à me, neque semper mea manu litteras expectato.*

*Obsignaram iam epistolam meam, quam puto te modò perlegisse scriptam mea manu, in qua omnia continentur, cum subito Appij tabellarius mihi tuas litteras reddidit.*

*Te in*

Te in Epirum saluum venisse, & vt scribis, ex sententia nauigasse, vehementer gaudeo.

Queritur apud me per litteras, suum esse periculum.

Μυσικώτερον ad te scribam, tu sagacius odorabere.

Hæc te volui ~~ταπισοπισα~~. i. historice scire.

Quàm sapiissime mecum per litteras colloquare.

Lepta tua epistola gaudio exultat.

Sed noli me putare ἐγκλεισµατα illa tua abiectisse, quæ mihi in visceribus herent.

Atque hoc superioribus litteris diligenter ad te perscripseram: sed planè te intelligere volui, mihi non excidisse illud quod tu ad me quibusdam litteris scripsisses.

Eum valde tuæ litteræ excitarunt.

ἰδοῦ πάρεργον. i. obiter, volo te hoc scire.

Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas vno tempore accepi, aliam alia iucundiozem, quæ quidem erant tua manu.

Nam Alexidis manum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ: manum non amabam, quia indicabat te non valere.

Vni tuæ disertissima epistola non rescripsi, in qua est de periculis Reipub.

Næ ego multa timeo, quæ non audeo scribere.

Ad me scribas velim, vel potius scriptites.

Vt ab vrbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te litterarum darem: non quod haberem magnoperè quod scriberem, sed vt loquerer tecum absens: quo mihi cum coràm id non liceret, nihil est iucundius.

Omnes arbitror mihi tuas litteras redditas esse, sed primas præposterè; reliquas, ordine quo sunt missæ.

In Pompei epistola erat in extremo, ipsius manu.

Tu censeo

Tu censeo Luceriam venias: nusquam eris tutus.

Ego si somnum capere possem, tam longis epistolis te non ob-  
tunderem: tu si tibi eadem caussa est, me remunerare,  
sanè velim.

Ego XIII. Kal. cum eadem lucerna hanc epistolam scripsis-  
sem, qua inflammaram tuam.

Obsignata iam epistola, quam de nocte daturus eram, litteræ  
mibi à L. Domitio allatæ sunt: earum exemplum infra  
scripsi.

Epistolam meam quod perunlgatam scribis esse, non fero mo-  
lestè: quin etiam ipse multis dedi distribuendam.

Simul aliquid audiero, scribam ad te.

Multas à te accepi epistolas eodè die omnes diligenter scriptas.  
Sed præmisit mihi odiosas litteras hoc exemplo.

Cœnantibus prid. Id. nobis, ac noctu quidem, Statius à te epi-  
stolam breuem attulit.

Scripta iam epistola Capua litteræ sunt allatæ hoc exemplo.

Nunc scitote me in summa sollicitudine.

His ergo litteris lectis, in eadè opinione fui qua reliqui omnes.

Ad xv. Kal. Mart. Formiis accepi tuas litteras, ex quibus ea  
quæ in agro Piceno gesta erant, cognoui commodiora esse  
multo, quàm vt erat nobis nuntiatum.

Serapion cum epistola tua venit, quam priusquã aperuissem,  
dixi ei, te ad me de eo scripsisse antea, vt feceras. Deinde  
epistola lecta, cumulatissimè cetera.

Meas litteras quod requiris, impediior inopia rerum, quas  
nullas habeo litteris dignas.

Gratæ mihi tuæ litteræ sunt, quibus accuratè perscripsisti  
omnia quæ ad me pertinere arbitratus es.

Cephalio mihi à te litteras reddidit ad VIII. Id. Mart.  
vespere:

vespere: eo autem die mane tabellarios miseram, quibus ad te dederam litteras: tuis tamen lectis literis, putans aliquid rescribendum esse; maxime quod ostendas te pendere animi quam nam rationem sim Casari allaturus profectionis mee, tum, cum ex Italia discesseram.

Cum tuis dare possem litteras, non pratermisi, etsi quid scriberem non habebam. Tu ad nos rarius quam solebas, & breuius.

Hac etiam, si videbitur, cum Terentia loquere: oportune non possum omnia scribere. [exaravi.]

Undecimo die postquam a te discesseram, hoc litterularum Obsignata epistola, accepi tuas.

Tuæ litteræ mihi redditæ sunt tertiodecimo die.

Ego etsi nihil habeo quod ad te scribam, scribo tamen, quin tecum loqui videor.

Misi ad te epistolas ad Martianum & Montanum: eas in eundem fasciculum velim addas, nisi forte iam dedisti.

Nunc nec sine epistola nec cum inani epistola volui ad te Metrodorum venire.

Q. Filius ad patrem acerbissimas litteras misit, quæ sunt ei redditæ cum venissemus in Pompeianum.

Hæc ad te scripsi, apposita secunda mensa.

Non patiamur intermitti litterulas; equidem non committam.

Quod epistolam meam ad Brutum poscis, non habeo eius exemplum: sed tamen saluum est: & ait Tiro te habere oportere.

Sed amabo te, perscribe mihi totum negotium.

Litteras ad te parum fraterne scripseram: iracundius scripseram, & renocare cupiebam. Huic tu epistola, non fraterne scripta, fraternè debes ignoscere.

Cum

Cum hanc iam epistolam complicarem, tabellarij à vobis venerunt.

T. Pinarius amabiles ad me de te litteras mittit: se maximè litteris, sermonibus, cœnis denique tuis delectari.

De epistola Vatinij risi. De mancipijs quod mihi polliceris, valde te amo.

Rescripsi ad omnia, mi suavisime & optime frater.

Que non posterior dies acerbior priore? & qua non insequens hora antecedente calamitosior?

PETENDI.

QVAPROPTER à te etiam atque etiam pro nostra summa coniunctione, proq; tua in me perpetua & maxima benevolentia, maiorem in modum peto atque contèdo.

Peto à te vt eum conseruatum velis.

Petui in beneficij loco & gratia.

Id sibi vt donaret, rogare & vehementer petere cœpit.

Peto à te vt absentem me rucare, si nullum officium tuum apud me intermoriurum existimas.

Si me memorem, si gratum, si bonum virum, si dignum denique tuis beneficijs iudicas, hoc à te peto, vt subuenias huic sollicitudini.

Si me diligis, si à me diligere vis, ad me litteras mitte.

Si vlla res est quam tibi me petente faciendâ putes, hac ea sit.

Hoc à te ita contendo, vt in eo fortunas meas possitas putem.

Sic velim enitare, quasi in eo mihi sint omnia.

Me tibi hoc onus imponere patiaris.

A te peto vt maiore cura, maiore studio nullo possim.

Amabo te, da mihi hoc.

Ego, si mea in te essent officia solum, Curio, tanta, quanta magis à te ipso predicari quam à me ponderari solent; vere-

verecundius à te, si qua magna res mihi petenda esset, contenderem. Graue est enim homini pudenti, petere aliquid magnum ab eo de quo se bene meritum putet: ne id quod petat, exigere magis quàm rogare; & in mercedis potius, quàm beneficij loco numerare videatur. Sed quia tua in me vel nota omnibus, vel ipsa nouitate meorum temporum clarissima & maxima beneficia extiterunt; estq; animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere: non dubitauì id à te per litteras petere, quod mihi omnium esset maximū, maximeq; necessarium, etc. Vnum hoc sic habeto: si à te hanc rem impetraro, me pænè plus tibi, quam ipsi Miloni debiturum. Non enim mihi tam mea salus cara fuit, in qua præcipuè sum ab illo adiutus, quàm pietas erit in referenda gratia iucunda: eam autem tui vnus studio me assequi posse confido.

A te maximopere pro nostra summa coniunctione, tuaq; singulari humanitate etiam atque etiam peto & quaeso, vt quibuscumque rebus poteris (poteris autem plurimis) prospicias, & cōsulas rationibus meis. Nunc quod à te petij litteris iis, quas Roma tabellariis dedi, velim tibi curæ sit.

In quibus vnum illud te præcipuè rogo, vt cures, ne quid mihi ad hoc negotij aut oneris accedat aut temporis.

Illud pugna & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur.

Abs te, quantum tua fert voluntas, peto, quaesoq; vt tu me conserues potius, quam propter arrogantem crudelitatem tuorum me oppugnes. Tuas inimicitias vt Reip. donares, te vicisti. alienas vt contra Remp. confirmes, adduceres?

Coram me tecum eadem hæc agere sæpè conantem deterruit pudor quidam pænè rusticus: quæ nunc exponam absens audacius: Epistola enim non erubescit. Ardeo cupiditate incre-

incredibili, neque ut ego arbitror reprehendenda: nomen  
ut nostrum scriptis illustretur & celebretur tuis.

His ne quam patiari iniuriam fieri in Senatu vernarum  
causa, à te peto: causam habent optimam.

Huic meæ voluntati in qua inest aliqua vis desiderij, ad sa-  
nandum vulnus iniuriæ, ut faueas, adiutorq; sis: quod  
paullo ante me negatam rogaturum, vehementer te rogo.

Vnum vero si addis ad præclarissimas res consulatus tui, ut  
aut mihi succedat quàm primum aliquis; aut ne quid ac-  
cedat temporis ad id quod tu mihi & senatusconsulto &  
lege finisti, omnia me per te consecutum putabo.

Quare velim pro tua erga me perpetua benevolentia, scri-  
bas ad me quid videas, quid sentias: quid expectandum,  
quid agendum existimes.

Illud, mi Tiro, te rogo, sumtui ne parcas vlla in re qua ad va-  
letudinem opus sit.

## RESPONDENDI PETITIONI.

EGO te libenter, ut rogas, quibus rebus vis, adiuvabo.

Quod rogas, ut mea tibi scripta mittam, Menocrito dabo.

Et si mea sponte antea faciebam, nunc tamen agam studio-  
sius, & contendam ab illo vehementius.

## GRATIAS AGENDI.

IMMORTALES tibi ago gratias, agamq; dum viuam;  
nam relaturum me affirmare non possum: tantis enim  
tuis officiis non videor mihi respondere posse: nisi fortè, ut  
tu gravissimè disertissimeq; scripsisti, ita sensurus es, ut  
me referre gratiam putes, cum memoria tenebo.

Facere non possum, quin in singulas res, meritq; tua, tibi  
C gratias

gratias agam : sed meherculè facio cum pudore. Neque enim tanta necessitudo, quantam tu mihi tecum esse voluisti, desiderare videtur gratiarum actionem : neque ego lubenter pro maximis tuis beneficiis tam vili munere defungor orationis : & malo præsens obseruantia, indulgentia, assiduitate, memorem me tibi probare. Quod si mihi vita contigerit, omnes gratas amicitias, atque etiam pias propinquitates in tui obseruantia, indulgentia, assiduitate vincam. Amor enim tuus ac iudicium de me, vtrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie sit allaturus, non facile dixerim.

Quibus verbis tibi gratias agam, non reperio. Iam non ago tibi gratias, cui enim re vix referre possum, huic verbis non patitur res satisfieri.

Vtinam aliquando gratiam referre possimus: habebimus quidem semper.

Mirificas apud me tibi gratias egit prorsus incredibiles : vt nullum honorem sibi haberi potuisse diceret, qui à te prætermissus esset.

Mihi ad remunerandum nihil suppetit præter voluntatem.

#### RESPONDENDI AD GRATIA- rum actionem.

QVAMQVAM gratiarum actionem à te non desiderabam cum te re ipsa atque animo scirem esse gratissimum: tamen fatendum est verum : fuit ea mihi periuicunda: sic enim vidi, quasi ea quæ oculis cernuntur, me à te amari.

Quòd grata tibi mea erga te studia scribis esse, facis tu quidem

dem abundantia quadam amoris, ut etiam grata sint ea, quæ prætermitti sine gravi scelere non possunt.

Officium meum, ceteraq; mea studia tibi grata esse vehementer gaudeo.

## COMMENDANDI.

M. FABIO viro optimo, & homine doctissimo, familiarissimè vtor, mirificeq; eum diligo, cum propter summum eius ingenium, summamq; doctrinam, tum propter singularem modestiam. Eius negotiū sic velim suscipias, ut si res esset mea. Non ego vos magnos patronos: hominem occidat oportet, qui vestra opera vti velit: sed in hoc homine nullam accipio excusationem. omnia relinques, si me amabis, cum tua opera Fabius vti volet.

Ego res Romanas vehementer exspecto & desidero, inprimisq; quid agas scire cupio: nam iamdiu propter hiemis magnitudinem nihil noui ad nos adferebatur.

Atque ipsum tibi Pomponium ita commendo, ut quamquam ipsius causa confido te facturum esse omnia: tamen abs te hoc petam, ut, si quid residet in te amoris erga me, id omne in Pomponij negotio ostendas. hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

Cum A. Cæcina tanta mihi familiaritas consuetudoq; semper fuit, ut nulla maior esse possit. Nam & patre eius, claro homine, & forti viro plurimum vsi sumus: & hunc, à puero, quod & spem mihi magnā adferebat summa probitatis summæq; eloquentia, & vivebat mecum coniunctissimè, non solum officiis amicitia, sed etiam studiis communibus; sic semper dilexi, ut non vllò cum homine coniunctius viverem.

Nihil attinet me plura scribere. Quam mihi necesse sit eius salutem & fortunas, quibuscumque rebus possim, tueri; vides. Reliquum est vt cum cognorim pluribus rebus quid tu & de bonorum fortuna & de Reip. calamitatibus sentires, nihil à te petam, nisi vt ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cacinam habiturus esses, tantus cumulus accedat commedatione mea, quanti me à te fieri intelligo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

Hosce igitur ambos sic tibi commendo, vt maiore cura, studio, sollicitudine animi commendare non possim. Volo ipsorum causa: meq; in eo vehementer & amicitia mouet & humanitas.

Caput autem est mea commendationis, ne patiari Erotem Turium Q. libertum, vt adhuc fecit, hereditatem Turianam auertere: ceterisq; in rebus habeas eos à me commendatissimos. Magnam ex eorum splendore & obseruantia capies voluptatem, quod vt velis, te vehementer etiam atque etiam rogo.

Cuius tibi negotia quæ sunt in Aphrica, ita commendo, vt maiore studio magisque ex animo commendare non possim. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, vt is intelligat, meas apud te litteras maximum pondus habuisse. hoc te vehementer, mi Cornifici, rogo.

Tantum velim existimes, si negotia Lamia, procuratores libertos, familiam quibuscumque rebus opus erit, defenderis: gratius mihi futurum, quam si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarem meam. Te mi Cornifici, etiam atque etiam rogo, vt omnia Lamia negotia, mea putes esse: curesq; vt intelligat hanc commendationem magno sibi vsui fuisse. Hoc mihi gratius facere nihil potes.

Tam

Tam mihi gratum erit quàm quod gratissimum: ipsum præterea summo officio & summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxeris.

Pro nostra summa necessitudine pariq<sub>3</sub> inter nos & mutua beneuolentia abs te peto, vt ita de Volaterranis mereare, vt existiment eum quasi diuino consilio isti negotio præpositum esse, apud quem vnus nos eorum perpetui defensores plurimum valere possemus.

P. Cornelius, qui tibi has litteras reddidit, est mihi à P. Cuspio commendatus: cuius causa quantopere cuperem deberemq<sub>3</sub>, profectò ex me facile cognouisti. Vehementer te rogo, vt cures vt ex hac commendatione mihi Cuspius quàm maximas, quàm primum, quàm sepius grantias agat.

Petuit à me, vt ad te quàm accuratissimè scriberem de re C. Albini.

Quapropter à te etiā atq<sub>3</sub> etiam, pro nostra summa coniunctione, proq<sub>3</sub> tua in me perpetua & maxima beneuolentia, maiorem in modum peto atque contendo: vt cum Fortunæ agi eius municipij intelligas, quod sit mihi necessitudine, officiis, beneuolentia coniunctissimum, id mihi des; quod erit huiusmodi, vt si à Cesare quod speramus impetrauerimus, tuo beneficio nos cōsecutos esse indicemus: sin minus, pro eo tamen id habeamus; quando à te data sit opera vt impetraremus. Hoc cum mihi gratissimum feceris: tum viros optimos, homines honestissimos, eosdemq<sub>3</sub> gratissimos, & tua necessitudine dignissimos, summo beneficio in perpetuum tibi tuisq<sub>3</sub> deuinxeris. Vale.

Sed tamen separatim promitto, in meq<sub>3</sub> recipio, fore eum tibi & voluptati & vsui. Nam & modestum hominem

cognosces & pudentem, & à cupiditate omni remotissimum: præterea magni laboris & industriæ. Cura igitur, si me tanti facis, quanti & Varro existimat, & ipse sentio, ut quàm primùm intelligam, hanc meam commendationem tantum illi voluptatis attulisse, quantum & ipse sperarit: nec ego dubitarim.

Tibi cùm omnia mea commendatissima esse cupio, tum nihil magis quàm ne tempus nobis prouinciæ prorogetur: in eo mihi sunt omnia.

Peto à te maiorem in modum, pro nostra necessitudine, ut ea res tibi curæ sit: operamq; des, ut per te commodissimè negotium municipij administraretur, quamprimumq; conficiatur.

Quare, ut meum amicum, & tua dignum amicitia tibi commendo, cui quibuscumque rebus commodaueris, tibi profectò iucundum, mihi certè erit gratum.

Nihil est, Brute, cùm omnia à te expectem, quod mihi gratius facere possis. Mi Brute, tibi persuadeas, nihil me maiore studio à te petere, nihil te mihi gratius facere posse, quàm si omnibus tuis opibus, omni studio Lamiam in petitione inueris; quod ut facias, vehementer te rogo.

Præciliū tibi commendo vnicè: genere nouo sum ad te litterarum vsus, ut intelligeres non vulgarem esse commendationem.

Hunc tibi commendo, & à te peto ut intelligat, diligenter me scripsisse de se; meamq; commendationem vsui magno sibi fuisse: id erit mihi vehementer gratum.

Gratissimum igitur mihi feceris, si huic commendationi meæ tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum. Scripsit ad me eam commendationem sibi adiumento fuisse.

Te, mi

Te, mi Plance, pro paterna necessitudine, pro nostro amore, pro studiis, & omni cursu nostro totius vitæ similimo, rogo, & à te ita peto, vt maiore cura, maiore studio non possim, vt hanc rem suscipias, meam putes, enitare, contendas, efficias, vt mea commendatione, tuo studio, Cæsaris beneficio, hereditatem propinqui sui C. Capito obtineat. Omnia quæ potui in hac summa gratia tua, ac potentia à te impetrare, si petiuissem, vltro te ad me detulisse putabo, si hanc rem impetrauero.

Quos tibi, negotiaq; omnia Nasonis non secus commendo ac si mea essent. Gratissimum mihi feceris, si intellexero hanc commendationem magnum apud te pondus habuisse. Teq; hoc existimare volo, quicquid in eum iudicii officijq; contuleris, id ita me accipere, vt in meipsum te putent contulisse.

Gratissimum mihi feceris, si curaris, vt intelligat id quod ei recepi, hanc meam commendationem sibi magno adiumento fuisse.

Tironem Curio commendes, vt ei, vt petij, si quid opus erit, in sumtum eroget.

Eum tibi sic commendo, vt vnum ex nostra domo.

Quibus tu quæcumque commodaris, erunt mihi gratissima.

Tibi commendo ea commendatione, quæ potest esse diligentissima.

Summa illud sit: quicquid officij, beneficij, honoris in Genucilium contuleris, id te existimabo in meipsum atque in rem meam contulisse.

Si me diligis, eo numero cura vt habeas, quo me ita magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris.

RESPONDENDI AD COM-  
mendationem.

Ego is illum sum, quem tu me esse voluisti.

Ei verbis & re ostendi, quid tua commendatio ponderis haberet.

De Fabio faciemus studiosè quæ rogas.

Rufum amicum tuum, de quo iterum iam ad me scribis, adiuuabo quantum possim.

## SVADENDI.

SED si me audies, vitabis inimicitias, & posteritatis otio consules.

Et si eo te adhuc consilio vsum intelligo, vt id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipse dissentiam; sed ea te sapientia esse iudicem, vt meum consilium non anteponam tuo: tamen & amicitia nostræ vetustas, & tua summa erga me benevolentia, quæ mihi iam à pueritia tua cognita est, me hortata est, vt ea scriberem ad te quæ & salutis tuæ conducere arbitrarer, & non aliena esse ducerem à dignitate.

Quare si tibi tu, si filius vnicus, si domus, si spes tuæ reliquæ tibi curæ sunt: si aliquid apud te nos, si vir optimus gener tuus valet, eorum fortunas non debes velle conturbare.

Tibi autem id consilij do, quod mihi ipsi, vt vitemus oculos hominum, si linguas minus facillè possumus.

Tua de re tibi suadebo, quod piè tacere non possum.

Tibi sum auctor, vt si quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges.

Si me audies, vitabis inimicitias.

HOR-

## HORTANDI.

AT tibi ipsi dicendum erit aliquid quod non sentias, aut faciendum quod non probes. Primum temporì cadere, id est, necessitati parere, semper sapientis est habitum.

Tuum est consulere rebus, temporibus, & incolumitati, & vite & fortunis tuis.

Hec amore magis impulsus, scribenda ad te putavi, quàm quòd arbitrarer te monitis & præceptis meis egere.

Hec eò spectant, ut te hortor & suadeam: reliqua sunt quæ pertinent ad rogandum.

Ipsum tamen Pompeium separatim ad concordiam cohortabor.

Quibus auditis ad perficiendum hortatus sum.

Impellere, exhortari aliquem ad aliquam artem.

Hortari milites ad laudem.

Magnoperè te hortor pro tuo singulari perpetuoq; studio.

Pacem quidem hortari non desino.

Iisdem de rebus etiam atque etiam hortor, quibus superioribus litteris hortatus sum.

Te hortor currentem quidem, ut spero.

In excitando & acuendo plurimum valet, si laudes eum quem cohortere.

Facis tu quidem fraternè, quòd me hortaris, sed me hercule currentem nunc quidem.

Itaque te non hortor solum, mi Plance, sed planè etiam oro; quod feci iis litteris quibus tu humanissime respondiisti, ut tota mente, omni animi impetu in Rempub. incumbas: nihil est quod tibi maiori fructui gloriæq; esse possit. Sic hortor ut & pro patria, & amicissimum.

C 5

Quòd

*Quodd me hortaris, vt eos dies consumam in philosophia explicanda, currentem tu quidem.*

*Quodd me hortaris, vt animo sim magno, & spem habeam recuperande salutis, id velim sit eiusmodi, vt rectè sperare possimus.*

## DEHORTANDI.

*RES ipsa aut me, aut alium quempiam, aut inuitabit aut dehortabitur.*

*Si ab his dehortabimur.*

*Ne frustra dehortando conemini.*

*Tu ineptias istas & desideria vrbis depone.*

## GRATVLANDI.

*PRIMUM tibi vt debeo gratulor, latorq<sub>3</sub>, tum presentium etiam sperata tua dignitate.*

*Gratulabor tibi prius (ita enim rerum ordo postulat) deinde ad me conuertar.*

*Ego verò vehementer gratulor de iudicio ambitus, neque id quod nemini dubium fuit, absolutum te esse: sed illud quod quo melior ciuis, quo vir clarius, quo fortior amicus es, quoque plura virtutis & industria ornamenta in te sunt; eo mirandum est magis, &c.*

*Gratulor tibi, mi Balbe, vereq<sub>3</sub> gratulor: nec sum tam stultus, vt te vsura falsi gaudij frui velim: deinde frangi repentè, atque ita cadere, vt nulla res te ad aequitatem animi postea possit extollere.*

*Tibi gratulor, mihi gaudeo: te amo, tua tueor.*

CON-

## CONSOLANDI.

DICES quoddam me istares consolatur in tantis tenebris & quasi perpetuis Reipub.

Inani & tenui spe te consolaris.

Tu velim te, ut debes, & soles, tua virtute sustententes.

Etenim si nulla vnquam fuit liberis amissis tam imbecillo mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit: certè nos, quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus: neque expectare temporis medicinam, quam representare ratione possumus.

Spes quæ sola hominem in miseris consolatur.

Sed non ego medicina: me ipsum consolor, & maximè illo solatio quo plerique.

Is consolatur se cum conscientia optima mentis, tum etiam usurpatione & renouatione doctrinæ.

Consolabor te, & omnem abstergam dolorem.

Tu velim Pylium meis verbis consolare.

Vna consolatio est, quod ea conditione nati sumus, ut nihil quod homini accidere possit, recusare debeamus.

Vide quarto libro epistolarum ad Familiares, epistolam 45. ad Seruium Sulpitium: item 47. eiusdem libri Seruij Sulpitij: in qua est perfectæ consolationis exemplum: vbi habet:

Imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt: sed potius quæ aliis tutè præcipere soles, ea tutè tibi subijce, atque apud animum propone. Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat.

Esti egomet qui te consolari cupio, consolandus ipse sim, propterea

pterea quòd nullam rem grauius iam diu tuli quàm incommodum tuum: tamen te magnoperè non hortor solum, sed etiam pro amore nostro rogo atque oro, te colligas, virumq<sub>3</sub> præbeas, & qua conditione omnes homines, & quibus temporibus nati sumus, cogites.

Extremum illud est, vt te hortor & obsecrem, animo vt maximo sis, nec ea solum memineris, quæ ab aliis magnis viris accepisti, sed illa etiam quæ ipse ingenio studioq<sub>3</sub> peperisti, quæ si colliges, & sperabis omnia optimè, & quæ accident, qualiacumque erunt, sapienter feres. Sed hæc tu melius vel optimè omnium.

Est autem consolatio peruulgata quidem illa maximè, quam semper in ore atque in animo habere debemus, homines nos vt esse meminerimus, ea lege natos, vt omnibus telis fortuna proposita sit vita nostra: neque esse recusandum, quo minus ea qua nati sumus conditione viuamus; nèue grauius eos casus feramus, quos nullo consilio vitare possumus, euentisq<sub>3</sub> aliorum memoria repetendis, nihil accidisse nobis noui cogitemus.

Fateor me communium malorum consolationem nullam inuenire, præter illam, quæ tamen, si posses eam suscipere, maxima est, quæq<sub>3</sub> ego quotidie magis vtor.

Conscientiam rectæ voluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum: nec esse vnum magnum malum præter culpam.

Fortem fac animum habeas & magnum: quod est in te, quæ sunt in fortuna, temporibus regentur, & consiliis nostris prouidebuntur.

Magna enim consolatio est, cùm recordare etiam si secus acciderit, te tamen rectè vereq<sub>3</sub> sensisse.

Quic-

*Quicquid acciderit, fortiter & sapienter feramus, & accidisse hominibus meminimus.*

RESPONDENDI AD CONSOLATIONEM.

*INCOMMODA erunt minora, si, ut adhuc factum est, administratione diligentiaq; tua leuabuntur.*

*Hoc ipso minuis dolorem meum, quod ut minuas tam valde laboras.*

*Consolatio tuarum litterarum mihi gratissima est.*

EXPOSTULANDI DE SILENTIO litterarum.

*PUTO te iam suppedere, cum hac te tertia iam epistola antè oppressit, quam tu scedam aut litteram.*

*Nimium rarè nobis abs te litteræ adferuntur.*

*Abs te tam diu nihil litterarum?*

*Miror te ad me nihil scribere.*

*Quererer tecum atque expositularem, nisi, ut suprâ scripsi, purgare me tibi, hoc tuo tempore, quam accusare te mallem: idq; putarem esse rectius.*

*Ad me litteram nunquam misit.*

*Nihil te ad me postea scripsisse demiror, præsertim tam novis rebus.*

LITTERARVM SILENTII EXCVSANDI.

*NON obliuione amicitia nostra, neque intermissione consuetudinis meæ, superioribus temporibus ad te nullas litteras misi.*

*Non eius generis meæ litteræ sunt, ut eas temerè audeam committere.*

*Peto*

Peto à te, ne me putes obliuione tui rarius ad te scribere quàm solebam; sed aut grauitate valetudinis, qua tamen iam paululum videor leuari; aut quod absum ab vrbe, vt, qui ad te proficiscantur scire non possim. Quare velim ita statutum habeas, me tui memoriam summa cum beneuolentia tenere, tuasq; omnes res non minus mihi cura quàm meas esse.

Vereor ne litterarum à me officium requiras.

Neque sapè est cui litteras demus: nec rem habemus vllam quam scribere velimus.

Non committam posthac, vt me accusare de epistolarū negligentia possis: tu modo videto in tanto otio, vt par mihi sis.

Vereor ne putidum sit scribere ad te quàm sim occupatus: sed tamen ita distinebar, vt vix huic tantula epistola tempus habuerim: atque id ereptum è summis occupationibus.

Non obliuione amicitie nostrae ad te nullas litteras misi: sed quòd tempora in ruinis Reipub. nostrig; iacuerunt.

Si fortè rarius tibi à me quàm à ceteris, littera redduntur, peto à te, vt id non modò non negligentie meae, sed ne occupationi quidem tribuas: quæ etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, vt interrumpat iter amoris mei.

Puto te existimare, me non oblitum consuetudinis & instituti mei, rarius ad te scribere quàm solebam: sed loca & itinera tua nihil habere certi video.

Ego si semper haberem cui darem, vel ternas in hora darem: fit enim nescio quid, vt quasi coràm adesse videar cùm scribo aliquid ad te.

Quis vnquam mihi dixit esse cui darem, quin dederim?

Equidem neminem pratermisi, quem quidem ad te peruen-  
turum putarem, cui litteras non dederim.

Scribo

Scribo ad vos, cum habeo qui seruat.

Equidem nunquam domum nisi vnā epistolam, quin esset ad te altera: nec mihi est te iucundius quicquā nec carius.

Ego nunquam quemquam ad te, cum sciam, sine meis litteris ire patiar.

Ad omnia accipe & cognosce equitatem exposultationis tuæ. Ad te ideo rariùs scripsi, quod non haberem idoneum cui darem.

Ad te antea rariùs scripsi, quod non haberem idoneum cui darem, nec satis sciebam quid darem.

Ego ad te propterea minus sæpè scribo, quod certum non habeo vbi sis, aut vbi futurus sis.

Idcirco sum tardior, quod non inueni fidelem tabellarium: quod si rariùs fit quā tu expectabis, id erit causse, quod non eius generis meæ litteræ sint, vi eas andeam temere committere.

Meas litteras quod requiris, impediō inopia rerum, quas nullas habeo litteris dignas.

#### LITTERARVM BREUITATEM excusandi.

PLVRIBVS verbis ad te scriberem, si aut tuæ humanitas longiorem orationem expectaret, aut id fieri nostra amicitia pateretur, aut res verba desideraret, ac non pro se ipsa loqueretur.

Pluribus verbis ad te scribam, cum plus otij nactus ero. Hæc scripsi subito.

Breuitas tuarum litterarum me quoque breuiorem in scribendo facit: & verè vi dicam, non satis occurrit quod scribam.

Plura

*Plura scripſiſſem, niſi tui feſtinarent.*

*Ideò ſum breuior, quòd, vr ſpero, coràm breui conferre quæ volumus licebit.*

*Pluribus verbis tecum agerem, niſi pro me apud te res ipſa loqueretur.*

*Cupiebam me hercule longiorem epiſtolam facere, ſed nec erat res de qua ſcriberem, nec iocari præ cura poteram.*

*Occupationum mearum tibi ſignum ſit librarij manus.*

*Oro, obſecro, ignoſce: non poſſum plura ſcribere.*

*Plura ad te vacuo animo ſcribam.*

*Plura otioſus: hæc cùm eſſem in Senatu exaravi.*

*Plura ſcribam ſi plus otij habuero.*

*Pluribus verbis ad te ſcribam, cùm plus otij naſtus ero.*

*Præpoſteros habes tabellarios: et ſi me quidem non offendunt: ſed tamen cùm à me diſcedunt, flagitant litteras: cùm ad me veniunt, nullas adferunt: atq; idipſum facerent commodius, ſi mihi aliquid ſpatij ad ſcribendum darent: ſed petaſati veniunt, comites ad portam exſpectare dicunt. longior epiſtola fuiſſet, niſi eo ipſo tempore petita eſſet à me cùm iam iretur ad te.*

*Properantibus tabellariis, alienis hanc epiſtolam dedi; eò breuiorem, quòd eram miſſurus noſtros.*

*Vix tantulæ epiſtolæ tempus habui, atque id ereptum è ſummis occupationibus.*

*Feſtinationi meæ, breuitatiq; litterarum ignoſces.*

#### AD VARIA RESPONDENDI.

*SED vt ad epiſtolas tuas redeam, cætera belle; illud miror, quis ſolet eodem exemplo plures dare qui ſua manu ſcribit?*

*Quod*

*Quod extremum fuit in epistola quam à te proximè accepi,  
ad id primum respondebo.*

*Litteras à te mihi stator tuus reddidit: his ego ordine (vt videris velle) respondebo.*

*Tuis litteris lectis, putavi aliquid rescribendum esse.*

PERMIXTÆ QUÆDAM ET CONFUSÆ  
diuerforum generum formulæ.

PLANE nec precibus nec admonitionibus reliquit locum.

*Nactus tempus magis idoneum.*

*Vt quàm rectissimè agantur omnia, mea cura, opera, & industria providebo.*

*Multos annos eo vt or familiariter.*

*Qua ne eum spes fallat, vehementer rogo.*

*A nobis agentur omnia diligenter.*

*A me nullum tempus pratermittetur de tuis rebus agendi & cogitandi.*

*A teneris vnguiculis mihi cognitus est.*

*Eius generis meæ litteræ non sunt, vt eas audeam temerè committere.*

*Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, non pratermittam.*

*Vt perscripsi ad te antea, cognoui Hortensium percupidū tui.*

*Tui studiosus, fide & animo in te singulari.*

*Litteræ tuæ quas proximè miseræ.*

*Cum illo re sæpè communicata.*

*Hæc multò antè meditare.*

*Adolescens eximia spe, & summa virtutis.*

*Faciam si mihi per eius amicitiam licebit.*

*Tu velim ita tibi persuadeas, nullam rem esse minimam qua*

D

ad te

ad te pertineat, quæ mihi non carior sit quàm mea rationes omnes.

Nihil opportunius potuit accidere.

Neque mihi quicquam assumsi, neque hodie assumo.

Hoc non in postremis est.

Animus nulla malevolentia suffusus.

Quæ gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit solum, sed præfuit.

Quoniam interuallo locorum & temporum disjuncti sumus, per litteras tecum sapissimè colloquar.

Redeoque ad illud quod initio scripsi.

Quod ut tibi planius exponam, altius paulò rationem meorum consiliorum repetam necesse est.

Tantum dicam breui.

Tu me velim de rebus omnibus, & de Lentuli tui nostriq<sup>3</sup> studiis, & exercitationibus quàm familiarissimè certiore & sapissimè facias.

In his sum locis quo & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardissimè omnia perferuntur.

Repentè incesse omnibus letitiis.

Tu vide quàm ad me litteræ non perferuntur.

Mirum me tenet desiderium vrbs, incredibile meorum, atq<sup>3</sup> in primis tui.

Nisi me Etesia morabuntur, celeriter, ut spero, vos videbo.

Nos nihil turbulenter, nihil temerariè faciemus: te tamen oramus, quibuscunq; erimus in terris, ut nos, liberoq<sup>3</sup> nostros ita tueare, ut amicitia nostra & tua fides postulabit.

Hac igitur tibi erunt cura, quemadmodum ostendis: meq<sup>3</sup> totum, & mea, & meos commendatos habebis.

Redeo ergo ad vnum illud, me tuum fore cum iuis, si modò erunt

erunt tui: sin minus, me certè in omnibus rebus satis nostra  
coniunctioni amoriq<sup>3</sup> facturum.

De mea autem in te voluntate, sic velim iudices: me qui-  
buscumque rebus opus esse intelligam; quanquam videam  
quis sim hoc tempore, & quid possim; opera tamen & con-  
silio, studio quidem certæ rei, famæ salui tuæ præsto  
futurum.

Nec in te, vt scribis, animo sui mobili, sed ita stabili, vt in mea  
erga te volūtate, etiā desertus ab officiis tuis, permanerem.

Commutata persona, te mihi fratris loco esse duco.

Ego verò tibi profiteor atque polliceor eximium atque singu-  
lare meum studium in omni genere officij, quod ad hone-  
statem & gloriam tuam spectet.

Has litteras velim existimes fœderis habituras esse vim, non  
epistola: meq<sup>3</sup>, ea quæ tibi promitto ac recipio, sanctissimè  
esse obseruaturum, diligentissimèq<sup>3</sup> facturum.

De Dionysio, si me amas, confice, quamcūque ei fidem de-  
deris, præstabo.

Sed hæc iocatum me putato.

Hanc epistolam cur non scindi velim, causa nulla est.

Tu si me diligis, fruiere isto otio: tibiq<sup>3</sup>, persuade, præter cul-  
pam ac peccatum, quo semper caruisti & carebis, homini  
accidere nihil posse quod sit horribile aut pertimescendum.

De futuris autem rebus etsi semper difficile est dicere: ta-  
men interdum coniectura possis propius accedere, cū res  
est eiusmodi cuius exitus prouideri possit.

Sed rursus *πλευρὸς ἀδίνεος*, qui ad te, mihi tu, tui, tua omnia  
maximè cura sunt, & dum viuam, erunt.

Ego quæ te velle, quæq<sup>3</sup> ad te & ad tuos pertinere arbitrabor,  
omnia studiosè diligenterq<sup>3</sup> curabo: quæ cū faciam,  
D 2 beneuo-

beneuolentiā tuam erga me imitabor: merita nō assequar.  
Habes augurium meum.

Tu cura, vt cum firmitudine te animi, tum etiam spe optima  
sustentes.

Totum negotiū tu sustineas oportet: in te mihi omnis spes est.  
Sæpe dixi, quacumque re possem, me tibi & liberis tuis satisfacere cupere: idq; tu ad tuos velim scribas: hæc quidem certè quæ in potestate mea sunt; vt operam, studium, consilium, rem, fidem meam sibi ad omnes res paratam putent.

Hæc ed pertinent, vt nihil existimem tam difficile, quod non pro te susceptum, iucundum sit futurum.

Non dubito quin legente te has litteras confecta iam res futura sit.

Facere non potui, quin tibi & sententiam & voluntatem declararem meam.

Gratissima mihi tua voluntas est: faciūq; nihil alienum necessitudine nostra, iudiciūq; patris tui de me.

Si vis, tu ad me alium mittito, quem ornem.

Secretò hoc audi.

Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam, nam & vires & corpus amisi: sed si morbum depulero, facile, vt spero, illa reuocabo: quin hinc ipse euolare cupio.

Sed quid ego hæc ad te? cuius domi nascantur.

De Costio mihi gratum est: nam id etiam Attico mādaram.

Si vales, gaudeo, & ipse valeo. Tullia nostra rectè valet: Terentia minus belle habuit: sed certum scio iam conualluisse eam.

Atque hoc nolim me iocari putes.

Vt tibi proximè scripsi.

Tu ta-

Tu tamen pro tua sapientia debebis optare optima, cogitare  
difficillima, ferre quæcunque erunt.

Cum essem otiosus in Tusculano. Etiam atque etiam vale.

Et si satis ex Furnio nostro cognoueram, qua tua voluntas,  
quod consilium de Repub. esset: tamen lectis tuis litteris,  
liquidius de toto sensu tuo iudicavi.

Perge igitur ut agis; nomenq; tuum commenda immor-  
talitati.

Id sibi à te mandatum esse dicebat.

Tu pro tua prudentia quid optimum factu sit, videbis.

Verum hæc propediem & multa alia coram.

Qui status rerum fuerit tum cum has litteras dedi, scire po-  
teris ex Strabone.

Fac ut ad summa contendas.

Dolabella tabellarios meos deprehendit, litterasq; interceptit.

Grata mihi vehementer est memoria nostri tua, quam signi-  
ficasti litteris: quam ut conserues, non quo de tua con-  
stantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo.

Impedior verecundia, ne te pluribus verbis rogem.

Valete mea desideria: valete.

Scribere subito, raptim. Scripsi festinans, properans.

Neque utar meo chirographo, neque signo.

Complicare epistolam, aperire epistolam, resignare litteras.

Excutere tabellarios, scrutari tabellarios, retinere tabellarios.

Scindere, conscindere, concerperere epistolas.

Litteræ amicæ scriptæ, summæ beneuolentiæ, multi officij,  
plenæ consilij.

Fac me de tota causâ nostra certiorem.

Rescribe quàm primùm.

Rescribas velim quantum potes.

Nolo te ignorare,  
 Hoc quaecunque esset, te scire volui.  
 Summo ingenio, summa virtute filium perdidit.  
 Caesaris pueri mirifica indoles virtutis.  
 Ad studia aptus & accommodatus.  
 Mirificè studio flagrans.  
 Summè omnium doctrinarum studiosus.  
 Euigilat in studio.  
 Vera laude probitatis, diligentiae, religionis, neminem illi antepono.  
 Vir cum bonus tum perhumanus.  
 Bonus vir nullâ ignominia notatus.  
 Homo summa prudentia: modestus homo & frugi.  
 Clarissimus & prudentissimus vir, honestus & splendidus.  
 Fœmina primaria.  
 Pœmata multæ artis.  
 Impurus homo & sceleratus, perditus & turpis.  
 Paratus ad omnia latro.  
 Lucium mihi commendas, quem quibuscunque rebus potero, diligenter tuebor.  
 De Fabio faciemus studiosè qua rogas.  
 Eo sic vtor, ut nec familiarius vllò, nec libentiùs.  
 Vetus vsus inter nos intercedit.  
 Mihi nemo est amicior nec iucundior. Cariorem te habeo neminem.  
 Rogo te pro nostra summa coniunctione, inueterata amicitia, summa necessitudine: vetere coniunctione & necessitudine.  
 Si graue non est. Si tibi erit commodum. quod commodum tuo fiat.

Off-

Officium meum ceteraq; mea studia tibi grata esse vehementer gaudeo.

Tuum negotium agam, sicut debeo, diligenter.

Me tibi nulla re defuturum esse confidas.

Magna eius in me non dico officia, sed merita.

Quod mihi de filia gratularis, agnosco humanitatem tuam.

Mirabilis est expectatio tui.

Seiunge te quæso aliquando ab iis.

Putavi ea de re te esse admonendū. Illud te admoneo, ne, &c.

De eo quod me mones, ita faciam.

Animus perculsus & abiectus, afflictus, fractus.

Vita excedere, decedere, diem suum obire, vitam relinquere.

Q. Frater purgat se mihi per litteras; & affirmat, nihil à se cuiquam de te secus esse dictum.

Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem.

Respub. misera, nulla potius, afflicta, oppressa, affecta, prostrata.

Ingravescit indies intestinum malum.

Tot tantisq; rebus vrgemur, ut nullam alienationem quicquam non stultissimus sperare debeat. Vides urbem sine legibus, sine iudiciis, sine iure, sine fide.

Mirifice sum sollicitus. Incredibili sum sollicitudine.

Tabescere dolore, animo deficere, deseri à mente.

Magna in spe sum. Spes eum fefellit, frustrata est.

Ad te minus multa scribo, quod mœrore impediior. Reliqua me lachryma non sinunt scribere.

Addo etiam illud. Addam illud. Adde huc. Extremū illud est.

Reliquum est.

Quod superest. Huc accedit. Longa sunt quæ restant.

Hac eò pertinet oratio.

*Sed ad rem. Sed ad propositum. Ad initiū reuertar. Redeam  
ad id vnde cæpi. Redeo ad prima.*

IN ALIVD TEMPVS DIFFERENDI.

*SED plura quàm constitueram: coràm enim.*

*Sed hæc aliàs pluribus.*

*Sed hæc coràm sæpius.*

*In aliud tempus id argumentum epistola differo.*

*Præsenti tibi commodius exponam.*

*In congressum nostrum reseruabo.*

*Nihil duco esse commodiùs, quàm de his rebus nihil iam amplius scribere: cùm erimus congressi, tum si quid res feret, coram inter nos conferemus.*

*Sed hæc coràm commodiùs.*

*Hæc & multa alia, coràm breui tempore licebit.*

*Coràm agemus quæ erunt agenda.*

*Sed hæc posterius: & coràm fortasse commodiùs.*

*Hæc, vt spero, breui inter nos communicabimus.*

*Cùm erimus congressi, tum si quid res feret, coràm inter nos conferemus.*

*Ea in congressum nostrum reseruabo.*

*Cætera, vt scribis, præsentī sermoni reseruentur.*

*Si est quod mecum communicare velis, ego te expectabo.*

TRANSEVNDI.

*VNI epistola respondi: venio ad alteram.*

*Nunc venio ad transuersum illum extrema epistola tua versiculum, in quo me admones de sorore, &c.*

*Habes ad superiorem: nunc audi ad alteram.*

*Rescripsi ad omnia: nunc nostra accipe.*

*Dixi*

Dixi de Cesare: nunc dicam de temporum rerumq; naturam.  
Habes ferè de omnibus rebus: vnum illud addam.

Nunc audi quod pluris est quàm omnia.

Duas à te accepi epistolas: respondebo igitur priori prius.

Sed hæc hætenus: pluribus enim fortasse verbis quàm necesse  
fuit, scripta sunt. Nunc ea quæ à me perfectæ quæq; insti-  
tuta sunt, cognosce.

## PRÆCIDENDI.

SED heus tu, manum de tabula: magister adest citiùs quàm  
putaramus.

Singula persequi non est necesse.

Sed hæc satis: multa vel plura potius quàm necesse fuit: facit  
autem non loquacitas mea, sed beneuolentià longiores  
epistolas.

Sed plura quàm statueram.

Sed hæc pluribus: multa q; alia & de te & ad te, cùm pri-  
mum ero aliquid nactus otij.

Sed hæc hætenus.

Sed de nostris rebus satis: vel etiam nimium multa.

Sed longius progredior.

Non tenebo te pluribus: ponam in extremo quod sentio.

Sed nimis hæc multa de me, præsertim ad te.

Ne longior sim, vale.

## FINIENDI.

EXTREMUM illud erit. Non tenebo te pluribus. ponam  
in extremo quod sentio.

Hæc erant ferè quæ tibi nota esse vellem. Habes totum Reip.  
statum.

D 5

Quare

*Quare ut ad me omnia quàm diligentissimè per scribas, te vehementer rogo.*

*His de rebus quid acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas mihi velim.*

*Mihi hæc videntur. Tu quid sis acturus, & quid tibi placeat, per gratum erit si ad me scripseris.*

*Hæc habebam ferè, quæ te scire vellem.*

*Hæc scripsi raptim.*

*Hæc ego scribebam hora noctis nona.*

*Hæc festinans scripsi in itinere.*

*Hæc te scire volui, scripsiq; sedatiore animo, quàm proximè scripseram.*

*Tu fasciculum, qui est M. Curio inscriptus, velim cures ad eum perferendum.*

*Hoc putavi te scire oportere.*

#### SALVTANDI PER ALIVM.

*DOMVS te tota salutat.*

*Dionysius te, omnesq; vos, salutat.*

*Salutem mihi verbis tuis nuntiauit.*

*Dionysio plurimam salutem.*

*Pyliæ & puellæ Cæciliæ bellissimæ salutem dices.*

*Tulliolæ salutem dic.*

*Dionysium velim saluere iubeas.*

*Alexim humanissimum puerum velim saluere iubeas.*

*Valebis igitur, & valere Pyliam & Cæciliam nostram iubebis, & saluebis à meo Cicerone.*

*Salutem virique adscribo.*

*Lepta tibi salutem dicit, & omnes.*

*Q. F. tibi salutem plurimam dicit.*

*Cicero*

*Cicero meus modestissimus & suauissimus puer tibi salutē di-  
Tu dices vtriusque nostrum verbis & Pyliæ salutem.* [cit.

## TVENDÆ VALETVDINIS.

*VALETVDINEM tuam cura diligenter.*

*Cura vt valeas etiam atque etiam, Tiro noster.*

*Cura ergo potissimum vt valeas: de tuis innumerabilibus in  
me officis erit hoc gratissimum.*

*Quantum me diligis, tantum fac vt valeas. vel, Quantum  
te à me scis diligi, indulge valetudini.*

*Tulliola delitia nostræ, cura vt valeas, & nos ames.*

*Te oro etiam atque etiam, mi frater, vt valeas.*

*Fac planè valeas.*

*Cura te, si me amas, diligenter.*

*Tu velim in primis cures vt valeas.*

*Cura, mi Tiro, vt valeas: hoc mihi gratius facere nihil potes.*

*Maximè autem date operam, vt valeatis, si nos vultis valere.*

*Cura vt valeas, meq; ames amore illo tuo singulari.*

*Me velim, vt facis, diligas; valetudiniq; tue & tranquillitati  
animi seruias.*

*Tu cura vt valeas; & ne te istinc temerè commoueas.*

## VALEDICENDI.

*VALE, vale. data prid. Kalend. Athenis.*

*Vale, ad v. Id. Quint. ex castris Narona.*

*Vale, v. Kalend. Sextiles, Rhegio.*

*Tu me diliges, & valebis. Etiam atque etiam vale.*

*Vince igitur & vale. Bene vale, & me dilige.*

*Valete, valete mea desideria, valete. Datum ad x i x. Non.*

*Oct. Thessalonica.*

*Vale.*

*Vale. Salue. Iterum vale (vbi vale præcessit.)*  
*Ama nos & vale. Ne longior sim, vale.*  
*Vale, & meos tibi commendatos habe.*  
*Valebis, meq; vt à puero fecisti, amabis.*  
*Altera iam pagella procedit: vince & vale.*  
*Vale vale & salue. Kal. Ian. M. Messala & M. Pisone Cos.*  
*Interdum sine Vale finit epistolam.*

## INSCRIBENDI.

Quòd mei instituti non sit, quicquam huc in medium proferre, quod apud Ciceronem, Latini sermonis principem & architectum, non reperiatur: de inscriptionibus planè nihil habeo quod dicam. Qui autem volet cognoscere inscriptionum formulas & titulos, quibus in præsentia docti passim ad omnis ordinis & loci homines vtuntur: consulat optimi doctissimiq; viri, meiq; à primis ætatis temporibus coniunctissimi amici, Simonis Verrepæi utilissima de conscribendis epistolis præcepta. Aldus Manutius Pauli filius, quem ego in Ciceronianis maxime imitandum esse putem, hisce vtitur inscribendi citra adulationem formulis:

*M. Antonio Mureto*

*Patauium.*

*Iacobo Grifolo*

*Romam.*

*Octauio Ferrario*

*Mediolanum.*

*Mario Nizolio*

*Parmam.*

*Item.*

*Gulielmo Sirleto Cardinali*  
*Romam.*

*Francisco Richardoto Epi-*  
*sopo Atrebatensi.*

*Nicasio Casletano.*

F I N I S.

## APPROBATIO.

Hoc Formularum Ciceronianarum ad conscribendas epistolas perutile Opusculū; auctore magistro Christophoro Vladeracco, Latinè, Græcè & Hebraicè doctissimo, in celeberrimo Buscoducensi gymnasio humanarum litterarum Professore; quod sanctæ Catholicæ Romanæ religioni, bonis moribus, atque Regiæ Maiestati contrarium sit, continet nihil: & dignum, & valde utile est ut imprimatur, & à studiosis legatur: Quod ego D. Henricus Zebertus à Dunghen, S. Theolog. Doctor, Cathedralis Ecclesiæ B. Mariæ virg. Antuerpiæ Canonicus, librorum Censor, hac mea subscriptione attestor.

Datum Antuerpiæ, Anno M. D. LXXXV.  
die xxix. Nouemb.

*Ita est, D. Henricus Zebertus à Dunghen,  
S.T. Doct. &c.*

SVMMA PRIVILEGII.

REGIS Priuilegio cautum est, ne quis *Selectissimas*  
*Latini sermonis Phrases ex vno soloq<sup>3</sup>, Cicerone collectas, &c.*  
aut *Formulas Ciceronianas conscribendis epistolis vtilissi-*  
*mas, auctore Christophoro Vladeracco*, intra sexennium  
imprimat, vel alibi impressas vendat, sub pœna in  
ipso diplomate contenta. Datum Bruxellæ, pridie  
Calend. Maij. Anno M. D. LXXXVI.

Subsign.

*Berthelm.*





ALVENSLEBEN

Bc

365







## CICERONIANÆ,

Epistolis conscribendis  
vtilissimæ.

AVCTORE

MAGISTRO CHRISTOPHORO

*Vladeracco, humanarum litterarum apud  
Biscoducenses Professore.*



ANTVERPIÆ,

Ex officina Christophori Plantini.

M. D. LXXXVI.

calibrite

colorchecker CLASSIC



02/24

mm